



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De His, Qvæ Fivnt A Praelato sine consensu capituli. Titvlvs X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

duximus confirmandam: Non obstante concessione per capitulum facta alii, seu confirmatione nostra, si qua in forma communis appareat, a obtenta: cum nusquam inveniatur cautum in jure, quod capitulum vacante sede, fungatur vice Episcopi in collationibus præbendorum: nec in eodem capitulo potest dici potestas conferendi præbendas ad capitulum per superioris negligientiam devoluta, cum non fuerit ibi superior, qui eas posset de facto vel de jure conferre;

[i. Quam dil. fil. Magister R. Decanus Trajan. ad personam nostram & sed. Apostol. hanc tenet habuisse dignoscitur, nos inducunt ut eum pro fidei scientia & probitatu intuitu geramus in viciniorum chariis, & eidem negare nos non possumus quia secundum Deum fuerunt concedenda. Vnde nos.]

C A P. IV.

Sede vacante judicium habitum contra ecclesiastem, non tenet.

Idem Episcopo Burgensem. b

Constitutis coram I. præd. nost. procuratore ecclesia sancta Mariæ de Castro forti, & Burginen. c Episcopo prædecessore tuo, dictus procurator petebat ab eodem Episcopo confirmationem super libertate liberè eligendi sibi prælatum: [t & j. d] Nos igitur depositiones testium qui vacante Burginen. e ecclesia, & carente legitimo defensore fuerunt f recepti, duximus reprobandas.

[i. Quam etiam super terris ipsius ecclesie & reb. aliis, quibus omnibus pars sua possedita fuerat, inducatur. Lite igitur coram p. n. contestata super premisso, & postmodum coram judicibus delegatis facta confessionibus & recepto testibus, eadem causa fuit ad nos insuffia remissa: procuratoribus igitur partionis in nostra prepositio constituta, cum super premisso coram nobis diutius litigassent.]

DE HIS, QVAE FIVNT A PRAE-lato g fine consensu capituli.

TITVLVS X.

C A P. I.

Non tenet alienatio rei ecclesiastice absque approbatione capituli.

Ex Concilio apud Valentiam.

Irrita erit Episcoporum donatio, vel venditio, vel commutatio rei ecclesiastice, absque collaudatione & subscriptione clericorum.

C A P. II.

In temporali alienatione, quam facit prelatus, taciturnitas capti-
tus habetur pro consenso.

Alexander III. Norvicen. Episcopo.

Continebat Abbatissam prius facta, si convenit sciente, & non contradicente facta est, robur firmum deber habere. Verum si ignorante conventu aut contradicente decimam prius praedicto H. concessit, & non post multum in temporis de ad sensu conventus candem decimam dedit eisdem, secunda concessio debet præjudicare priori.

C A P. III.

Alienatio temporalis facta sine consensu capitulo, per ratificati-
onem eius reboratur.

Idem Vigore, Episcopo k.

Cum nos i. jam pridem: [i. & infra.] Certum est de rigore juris concessionem illam non tenere, quam reclamante capitulo per prædecessorem tuum constat factam fuisse: Nisi eam ratam postmodum habuisset.

a Apparet. alt. apparet. b Burgenses habent omnes Codici Vaticani, uno recentiori excepto, in quo legitur Burginen. c alt. Burg. d Hac verba (& j.) defuit in magno vetustate, sed habentur iam in recentioribus. e alt. Burg. f fuerint. g Prelaris. h Post Concil. Lateran. sub Alexandr. III. part. 47. cap. 5. & 2. eod. titul. in 1. compil. i tempus. k Vigor. l Cap. 3. eod. iii. in 1. compil.

[i. Si bene meminimus per literas nostras indulsum, ut fil. prædecessor tuus reclamante capitulo ecclesia tua Abbat. & fratibus de Oenae ecclesiam Deben. contulit, eam tibi removere licet: jam dicti fratribus sicut aduersa litera nostra indulsum, ut ipsa ecclesia prædictam dimittens pacifice præsidendum, immemori existentes illius scripti quod super hoc tibi fuerat a nobis indulsum. Licit autem hoc tibi indulsum, prudentiam tam tuam munemus & exhortamur attentius, quatenus divino initio, & per reverentia B. Petri & nostra, ecclesiam ipsam si quo modo sine gravi detramento ecclesie tuas potes i. jam dicti fratribus in pace dimittit: quia decet prudentiam tuam ad commode & profectum religiosum locorum intendere, & quod idem pred. tuae pretiat studi fructus, raurum & formam habere. Si autem eandem ipsi ecclesiam dimittere forte non posceras, non obstantibus literis quas prædicti fratres super hoc impetraverint, scriptum exinde indulsum in sua voluntate facilitate conservare, quoniam.]

C A P. IV.

Tractatus sine consilio capituli instituti, vel defuncti, vel alia negotia ecclesie tractare non debet. hoc dicit, cum capitulo sequenti.

Idem Hierosolym. Patriarcha.

N ovit a tua discretionis prudentia, qualiter tu & fratres tui unum corpus sitis, ita quod tu caput, & illi membra esse probantur. Vnde non decete omisimbris, aliorum consilio in ecclesia tua negotios urit: cum id non sit dubium & honestat tuar, & sanctorum patrum institutionibus b contra.

Innotuit siquidem aatribus nostris, quod tu sine consilio fratrum tuorum Canonicorum S. Sepulchri, Abbates, & Abbatissas & alias ecclasiasticas personas instituis & definis: [i. & j.] Ideoq; id auctor. Apost. prohibemus. & infra. Nos enim tales institutiones, & definitiones carere decernimus robore firmitatis.

[i. Non considerans neg. attendens quomodo te non sit dulcum statuta S. S. canonum transgredi.]

C A P. V.

Summatum est supra capitulo proximo.

Idem eidem.

Q vanto c: [i. & j.] Frat. tua mandamus, quatenus in concessionibus & confirmationibus, & aliis ecclesie tuae negotiis fratres tuos requires, & cum eorum consilio, vel senioris partis, eadem peragas & pertractes, & que efluenda sunt statua, & errata cito, & evellenda disipes & evellas. Abfentium quos fratrum nomina inscribi non sinas f, quia talia multitudine fuit irrita & falsa, & tu exinde questionem falli poteris merito formidare.

[i. Majori dignitate Domine dante præmises, tanto decet amplius & oportet te in omnibus eam diligenter & gravitatem habere, quod omnia videaris sine nota & reprehensione perseges, & laudabiliter inuncta tibi sollicitudine officium disponas. Audiremus autem, unde mirari sumus, sicut mirari merito poteramus, quid in concessionibus & confirmationibus omisso canonico ecclesia, consilio clericorum & laicorum circa te communitionem, quae non sunt de corpore ecclesie ipsius, interduam in te sepe regunt, & in eisdem concessionibus & donationibus & confirmationibus, in statuorum consilio & voluntatem procedunt, & in privilegiis etiam, quod tuam profusione decet honestatem, ad maiorem auctoritatem & certitudinem nomina fratrum tuorum, qui absente fuerint, tanquam si presentes fuerint, facili subscripti. Quia igitur non decet prudentiam tuam in negotiis tibi communis ecclesia consilium fratrum tuorum postponere, cum quibus unum corpus existere comprobari.]

a Cap. 4. eod. iii. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 50. c. 18. b confirmat. c Post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 51. r. 16. & c. 5. eod. iii. in 1. compil. d al. ut cum. e In C. Bar. & que statuenda fuerint statuens. f al. facisti.

C A P.

C A P . VI.

Sic ecclesia collegiata habet præsentationem, præsentabit prælatoris de consensu capitulo, vel majori partu, nisi de consuetudine, vel priuilegio competat sibi prælato.

Celestinus III.

EA a noscitur: [i & infid.] Cum in provincia tua Esapè contingat, quid ad ecclesiæ, in quibus collegia jas prestantiæ habentur, eorum Abbates aut per se, aut per literas, personas idoneas Episcopis dicere, prestant, & eis præsentant & recepti, aliquando aut, aliquando post, Monachi contradicunt. Responsum, quod in præsentationibus prælatorum intelligi debet, quod fiant de collegiorum suorum ad sensu, sine quo non obtinent firmitatem. Vnde si confiterit consentus, vel majoris & b sanioris partis, non adfuisse consensum, institutiones hujusmodi convenit evanesci, nisi ex antiqua & approbata consuetudine, vel concessâ libertate, aliqui corâ probaverint commissi sibi collegi non debere in ecclesiârâ seu beneficiorum collationibus requiri consensum.

[i Ex tue sequidem nobis est parte propositum, quod.]

C A P . VII.

Tunc donatio, quam de fôliis ducâ fani consensu facit laicus ecclâ de decimâ, quas ab alia ecclâ habet in feudum ab antiquo, ut est, ante Lateranense concilium.

Innocentius III. Archipresbyter c & Magister scholarum d' Eusturiensi.

CVM e Apostolica sedes: [i & infid.] Sanè sicut ex litera vostra accepimus, cum ex una parte capitulum S. Stephan., & ex altera Monach. de Platæ f. super decimam quadam in vestrum compromisum arbitrium: Dicci Monachi proponebant donationem ipsius decimæ, sibi à quodam milite factam, & Bituricensis Archiepiscopi dioceœ, ejus accedente consenſu, confirmatam, leque auctoritate Hieronymi munitos existere, qui scribens ad Damatum, ait: Si aliquando g fuerint à laicis male detenta, qua divini iuris esse noluntur, & in viam transierint Monachorum, Episcopo loci præbente consensu, constabat eis omnia perpetuæ firmitate submixa. E contrario pars allegabat aduersa, consensum Episcopi sine cleri consenſu minus sufficeret: auctoritate Leonis Papæ b, dicentes: Ne quis Episcopus de rebus ecclâ, quicquam donare vel commutare vel vendere audeat, nisi forte aliquid horum faciat, ut meliora recipiat, & totius cleri tractatu atque consenſu id eligat, quod non sit dubium ecclâ profuturum. Irrita enim Episcoporum donatio, venditio, & commutatio rei ecclâsticæ erit, absque convivientia & subscriptione clericorum: per hoc enim noveris solitam secundum loco propositam questionem, cum conceſſiones ecclesiârûm perpeſias, ad alienationes non sit dubium pertinere.

C A P . VIII.

Non potest Episcopus sine consensu capiuli concedere ecclâs a liu ecclâs, etiam si habeat ius patronatus in ecclâ consenſu.

Idem Meren. Archidiacone c.

TVa f nuper: & infid. Adiecti etiam, utrum Episcopo, vel electo cum solo Archidiacono prater ad sensum majoris ecclâs, cum ab ipsa eligatur Episcopus, & Archidiaconus adsumatur de ipsa, cœnobii vel ecclâs conventionalibus, ad quas ius pertinet patronatus, licet conferre perpetuæ vacantes ecclâs baptismales: & infid. Alterius etiam questionis solutio ex Epistola Leonis Papæ colligitur evidenter, in qua legitur: Ne quis Episcopus de rebus ecclâ, quicquam donare, vel permutare, vel vendere audeat, nisi forte aliquid horum faciat, ut meliora recipiat, & totius cleri tractatu atque consenſu id eligat, quod non sit dubium ecclâ profuturum. Irrita enim Episcoporum donatio, venditio, & commutatio rei ecclâsticæ erit, absque convivientia & subscriptione clericorum: per hoc enim noveris solitam secundum loco propositam questionem, cum conceſſiones ecclesiârûm perpeſias, ad alienationes non sit dubium pertinere.

C A P . IX.

Episcopus parœciales ecclâs, vel obventiones ipsarum, de consensu patrōi sine consensu capitulo sui, monastero conferre non posse.

Idem Episcopo Heliensi.

Pastoralis officii diligentia: [i & infid.] Præterea quæsivisti (cum auctoritate g. Dionysii fuerint parœcia limitata) quatenus singulatum parœciarum preventus in aliis ecclâs cederent necessarios, & stipendia ministrorum: si Episcopo licet sine auctoritate summi Pont. vel saltæ sine sui capitulo voluntate, viris religiosis conferre obventiones alicuius parœcialis ecclâs, suffitentia vicarii reservata. Et cum h. Lateranen. concilii statuta prohibeant ecclâs novam imponi, vel augere veterem pensionem, postulas edoceri, an Episcopus valeat religiosis consentiente patrono totam ecclâiam, vel de novo conferre aliquam portionem? Ad quod breviter respondem. quod salva constitutio ne canonica de concedenda piis locis quinquagesima portione, neque primum, neque secundum potuit facere Episcopus (nisi delictum Rom. Pontif.) præter capitulo sui voluntatem.

[i Quare sup. de ref. de off. & por. jud. del. &c.]

C A P . X.

Ad concilia provincialia vocari debent & admitti cathedralium ecclesiârûm capitulo.

a Cap. 1. eod. 111. in 2. compila. b al. vel. c al. Archipi. f Episcop. in plur. d Scholiarum, legitur in omnib. ferè Vatic. e C. Deo quæ conceduntur ab Episcopo sine cons. capit. in 3. compilat. f Praet. g al. aliqua. h 12. quæst. 2. cap. sine exceptione. i facit. prætor. in princ. cum gloss. & mot. & Bart. D. ne quid in l. p. & l. probub. 4. plane. D. quod vi aut clam. k tent.

Nan 5

Innocentius III. a. Archiepiscopo Senon. & eius suffraganei.

ET si membri corporis b. & infid. Provincia Se-non. capitula cathedralium ecclesiarum ad nos quærimoniā transmiserunt, quod Archiepiscopus Senon. & ejus suffragani, procuratores eorum nuper ad provin-ciale concilium convocatos ad tractatum eorum admittere noluerunt: & infid. Vnde fuit nobis & fratribus nostris ut capitula ipsa ad hujusmodi concilium admit-tari, & eorum nunciū ad tractatum admitti, maximè su-per illis, quæ ipsa capitula contingere dignoscuntur.

403

DE HIS, QVAE FIVNT A MA-jori parte capitulo.

TVLVVS XL.

CAP. I.

In universitatibus ecclæsticis prævalet regulariter, quod sit a majori parte, nisi minor pars rationaliter contradicat. b.d.

Ex Concilio Lateran.

CVMIN cunctis ecclæsiis, quod pluribus & sanio-ribus fratribus vobis fuit, incunctanter debebit obseruari: grave nimis est, & reprehensione dignissimum, quod per quædam ecclesiæ pauci quan-doque non tam de ratione, quam de propria voluntate ad ordinacionem & ecclæsticam procedere non permittunt.

Quocirca præsenti decreto statuimus, ut nisi a paucioribus & inferioribus aliquid rationaliter objectum fu-erit & e ostensum, appell. re. prævaleat semper & suum consequatur effectum, quod à majori & saniori parte capitulo fuerit constitutum. Nec constitutionem nostram impedit, si forte aliquis ad conservandam ecclesiæ sua consuetudinem se juramento dicat adstrictum nec enim juramenta, sed potius perjurya sunt dicenda, quæ contra utilitatem ecclæs & sanctorum Patrum veniant instituta. Si quis autem g. hujusmodi confutundens, quæ nec ratione h. juvantur, nec facit congruentia institutis, jure præsumperit, donec digna erit penitentiam, a percepione sit Domini corporis i. alienus.

CAP. II.

Canonici non interdicte ecclæsam, sed hoc sacre debet Episcopus cum capitulo.

Celestin. III. R. Claremon. Episcopo.

QUASIVIT: [1 & infid.] Super l. eo, quod ecclæsam quam quidam ex canoniciis etiam minimis, quia pen-sio ecclæs debita non redditur, vel clericus aliquis aut paroecianus deliquerit m. sine tuo & aliorum canonico-rum adhuc interdicto n. supponit: [2 & infid.] Fra-tes. tua taliter respond. quod interdictum in aliqua ecclæsia per aliquem vel per aliquos de canoniciis tuis sine tuo & aliorum fratrum adhuc positiū, obseretur: [3 & infid.] Sed si quis in his deliquerit, ecclæstica coercitione subiaceat: cùm peccato suis autores o. te-nere debeant, nec pena sit ulterius protrahenda, quæm delictum fuerit in excedente repertum.

[1 Nobis tua diligentia probasti, quid observari debet.]

[2 Ter quod ipse ecclæsa feritum deripit, & inde in populo scandalum non moticum generatur. Super qua.]

[3 T. ista talis excessus existet & tam gravis, per quem mer-ti ecclæsa filere debet, nec sulfineas praetextu occasoni hujusmodi.

a. alit. Honor. III. habet in omnibus antiqui. b. De provin-cialib. Coct. Vid. Concl. Trid. ss. 24. c. 2. & ss. 25. de reform. cap. 2. c. Concl. Lat. sub Alex. III. c. 16. & Cap. 1. eod. tit. in i. compil. d. Dicit ad. deest in aliquot antiqui. e. vel. f. vestram. g. enim. h. alit. non. i. alit. Clemens III. k. Claremon. l. Cap. 2. eod. titul. in i. compil. m. al. delinq. n. Supponit. o. Adores.

ut interdictum ab aliis obseretur, nisi tuus & aliorum Canon. or-ruorum confessus accesserit.]

CAP. III.

Communis ordinatio ecclæsa, per contradictionem & appellativem ejus, cuius non interest, impediri non debet. b.d. quod titulum.

Innocentius III. Augusten. pre-pofite.

EX ore & sedeatris: [1 & infid.] Accedentes ad præd. no. 1. ac B. Augusten. b. Canonicō pro quæstione, quæ in te vos super præposituram Aug. ecclæs vertebar: ex parte ipsius B. fuit præpositus, quod pater ejusdem à C. præd. no. Decano & capitulo Augu-sten. literas obtinuit definiri, ut inta spaciū menis unius eundem eligerent & adsumerent in præposituram Augu-sten in signum investitura annulo auro definito, & quibusdam mandati Apostolici executoribus confi-tus. Capitulum memoriam cum audiret, quod C. & quandam eorum præpositus in Episcopum Brixien. ele-citus & confirmatus fuisset: licet dictas literas & rec-pissent, in contemptu tamē eorum assignato prius termino, intra quem ipsi deberent super mandato Apo-stolico respondere, H. tunc Augusten. Decanum in præpositum elegereunt: [2 & infid.] Quia [vero] legitime constitit, quod prædictus B. de præpositura non fuit aliquatenus investitus, eñi mandatum fuisse, in de-investitura: de qua etiam in investitu B. investitus, eñi non posse eius, per præd. no. certa fuit ratione cassata: quæ ne etiam si cassata fuisset, per hoc, quod dicto H. reverentiam exhibuit, quæ debetur & præposito, nisi suo renun-ciasse videtur: nos attendentes sibi de jure non posse competere, ut per appellationem ob id interpellari, communem ordinationem ecclæsia impedit, intelligentes etiam te à majori parte tam dignitate quam numero eorum, quos eligendi jus contabat habere, ele-ctum fuisse canonice in præposituram, electionem sum-auctoritate Apostolica confirmatum, præfato B. super præposituram silentium imponentes.

[2 In throno procedebat gladius bi. acutus, hic est gladius Salomonis qui fecit utrinque, reddens unicuique quod suum est. Na-igatu qui licet immergit locum veri Salomonis domum dignaria servemus, gladium istum none prudenter excedens, cum quidam in auditorio nostro legitimè ventilarat, mediante justitia defensum. Ad hoc vero emergentibus prolixitas questiones & difficultas causarum ad seculum Apostolicum referuntur, ut cum carmenis rei assertione portione pacientia, procedat ab Apostoli sententia deduci in certitudinem dubia, & obscuram prædicam lucem, ut litigantium defensione sapientia, suam justitiam tuatur & quatuor adorem. Inde sequendum fuit quod.]

[2 Cum ergo dulcis Cardin. hac & alia quæcumque fuerint hinc inde proposita, nobis ac fratribus nostris fideliciter restituta, at-testationibus & allegationibus, & rationibus utriusque plenaria-diu & cogniti.]

CAP. IV.

Prælatus cum majori parte capitulo contradicente minori statu-re potest, quod ad necessariam reparacionem fabrie quilibet canonicus conferre tenetur.

Item.

EX parte tua f. nobis fuit, frater Archiepiscope, in-timatum, quod ad restaurandam fabricam Roth-magens. ecclæs tractatum communiter habuissent, & poplantilem quilibet canonorum tecum pariter ali-quam fuorum reddituum portionem operi tam pio & ne-cessario deputaret: [1 & infid.] Statuimus, ut si quis f.

a. Cap. un. eod. usul. in 3. compilat. b. alit. Augusten. Canonicu. c. D. al. E. d. suscepisti: in aliquo ita legi-tiu contemptum eorum, affignato ramen prius. e. In Codice B. bat. qua debet præposito exhiberi. f. Cap. 1. eod. usul. in 4. comp. g. qui.

vestrum